

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta** : 3248

**Autre(s) référence(s)** : Round 172

**Auteur(s)** : Saint-Wandrille-Rançon, Saint-Wandrille (abbé)

**Bénéficiaire(s)** : Hugues de Gournay [particulier]

**Genre d'acte** : notice

**Authenticité** : non suspect

**Datation** : 1157

**Lieu d'émission** : Rouen, cimetière Saint-Ouen

**Action juridique** : autre

**Langue du texte** : latin

## Analyse

Convention entre l'abbaye et Hugues de Gournay au sujet de la terre et des hommes de Fontaine-en-Bray. Hugues aura droit sur tout homme labourant avec bœufs ou chevaux à un setier d'avoine payable dans la quinzaine suivant la Saint-Remy (1er octobre). En revanche, il leur accordera aide et conseil et l'« herbage » sur les pâtures communes de sa terre. Si un homme de Saint-Wandrille est saisi en flagrant délit dans les bois, les prés ou les terres labourables, il « amendera » devant la cour de Hugues à Machy ou se disculpera « par la main ». Tous les autres cas seront du ressort de la cour de l'abbaye à Fontaine-en-Bray. On ira et viendra aux moulins des moines sans être inquiété, exception faite pour les « coutumiers » de Hugues.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Lot Ferdinand, *Études critiques sur l'abbaye de Saint-Wandrille*, Paris, Champion, 1913, n° 88, p. 154-155.

Texte établi d'après a

Pateat legentibus legenciumque auditoribus hanc conventionem inter abbatiam sancti Wandregisili et Hugonem de Gornaio esse factam quod idem ipse Hugo habebit de terra et hominibus apud Fontanas cum apenditiis suis in Braio manentibus, tam presentibus quam futuris, de singulis terram colentibus siue boue siue jumento I sextarium auene infra quintum diem post festum sancti Remigii, legali mensura qua emitur et venditur in eadem villa, et hec auena jussu monachi ibi manentis et per manum famuli sui famulis predicti Hugonis tradetur, necnon quam precatórias terre in anno hac de causa habebunt homines Sancti Wandregisili adjutorium et consilium et advocacionem domini Hugonis ubique et herbagium in communi pastura de terra sua. Si vero forte aliquis ex hominibus Sancti Wandregisili captus fuerit in nemoribus, pratis siue bladiis, viso dampno, in curia domini Hugonis apud Machiacum aut emendabit aut per solam manum se disrationabit ; de omnibus aliis querelis in curia Sancti Wandregisili apud Fontanas placitabunt. Euntes et redeuntes ad molendinos monachorum in pace ibunt et redibunt, exceptis consuetudinariis domini Hugonis. Hec pactio facta est anno ab Incarnatione Domini M.C.LVII. regnante rege Henrico iuniore anno III., et Hugone sedem Ste Rothomagensis ecclesie gubernante, apud Rothomagum, in cimiterio sancti Audoeni, presentibus abbatibus et donno Rogero sancti Wandregisili et donno Rogero S. Audoeni et domino Hugone de Gornaio. Huius pactionis sunt testes, ex parte sancti Wandregisili : Radulfus prior, Lambertus, Rod. de Mannauilla, Adam de Vuarnevilla, Odo de la Foleterei, Vualterus de Bertrimunt, Robertus Maliart, Rogerus et Vualterus de Fontanis, Robertus molendinarius. Ex parte domini Hugonis : Hugo Talebot, Vuillelmus

de Sancto Lecheeni, Anthelmus de Montegnei, Robertus de Maregnei, Bartholomeus Dallage, Hugo Dausnes, Olivier Dage, et Saueri, Vuillelmus Hoese.